Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



166

ostendistis quo vel comedat hyeronimum
et daniel: quo blasphemant vel.
Et dixit daniel regi: fiat secundum
tuum rex. Erant autem sacerdotes vel. lxx.
exceptis uxoribus. et pueris. et filiis.
Et venit rex cum daniele in templum
bel. et dixerunt sacerdotes bel. Ecce
nos egrediemur foras. et tu rex pone
escas. et vinum. et sera. et claude ostium.
et signa anulo tuo. Et cum ingressus
fueris mane. nisi inveneris omnia con
fecta a bel. morientur. vel daniel qui
mentitus est adversum nos. Confide
bant autem quia fecerant subtus mensa absco
ditum introitum. et per illum ingre
diebantur semper. et devorabant ea. Factum
est ergo postquam egressi sunt illi. et rex po
suit cibos ante bel. Dixit autem daniel
pueris suis. et attulerunt cineres et ar
bravit per totum templum coram rege.
et egressi clauserunt ostium. et signaverunt
anulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt
nocte juxta consuetudinem
suam. et uxores et filii eorum. et comederunt
omnia et biberunt. Surrexit autem rex
primo diluculo. et daniel cum eo. Et
ait rex. Salva ne sint signacula da
niel. Qui respondit. Salva rex. Statim
ut autem aperuisset ostium introivit
rex visam exclamavit voce magna.
Magnus es bel. et non est apud te dolus
quisquam. Et risit daniel. et tenuit regem
ne ingrederetur introrsum. et dixit. Ecce pau
vimentum. adspice cuius vestigia sunt
haec. Et dixit rex. Video vestigia virorum
et mulierum et infantum. Et iratus e
rexerunt sacerdotes. et uxores
eis. et filios eorum. et ostenderunt ei absconditas
ostias per quas ingrediebantur. et con
sumebant quae erant super mensam. Qui
dixit ergo illos rex. et tradidit vel in potes
tatem danielis. Qui subvertit eum et
templum eius. Erat draco magnus
in loco illo. et colebant illum babylo
nii. Et dixit rex daniel. Ecce nunc ut
potes dicere quod non sit iste deus vi
vens. Adora ergo eum. Dixitque da
niel. Dominum deum meum adorabo. quia
ipse est vivens deus. Tu autem rex
da mihi potestatem. et interficiam draco
nem absque gladio. et fustibus. Et ait rex.
Do tibi. Tulit ergo daniel picem. et a
dipem. et pilos. et coxit pariter. fecitque
offas. et dedit in os draconis. et diruptus
est draco. Et dixit. Ecce quem
colebatis. Quod cum audissent babylo
nii. indignati sunt vehementer.
et congregati sunt adversus regem. et dixe
runt. Judeus factus est rex. Bel destruxit
et draconem interfecit. et sacerdotes
occidit. Et dixerunt cum venissent
ad regem. Trade nobis daniele. alio
quin interficiemus te. et domum tuam.
Videbat ergo rex quod urgerentur eum
vehementer. et contraxit pueros tradidit
eis danielem. Qui miserunt eum in
lacum leonum. et erat ibi sex diebus.
Porro in lacu erant septem leones. et da
bantur eis cotidie duo corpora et du
e oves. et tunc non sunt eis data.
ut devorarent danielem. Erat autem
habacuc propheta in iudea. et ipse coquebat
pulmentum. et intriverat panes in al
veolo. et ibat in campum ut ferret
messoribus. Dixitque angelus domini
ad habacuc. fer prandium quod habes. in
babylonem daniheli qui est in lacu
leonum. Et dixit habacuc. Domine
babylonem non novi. et lacum nescio.
Et apprehendit eum angelus domini in vertice
eius. et portavit eum capillo ca
pitis sui. posuitque eum in babylone
super lacum in impetu spiritus sui. Et cla
mavit habacuc dicens. Daniel serve